

De motu planetarum horario.

Planetarum motum ad horas, & minuta per tabulas infra scriptas exploraturus, scito quod ubi cum horis propositis ac modis utriusque (ut supra) uis delictet per tabulam æquationis dierum, atque differentiam meridianorum ad æquatis tabulam quamlibet propriam inieris, gradus minuta, & secunda siue minuta primum, & secunda pro proportionali motu planetæ cuiusuis regione horarum ab una usque ad. 24. siue pro numero minutorum ad. 60. usque minores etiam fractiones sub planetæ motu diurno in angulo communi, quodlibet. s. per se notatum inuenies, quemadmodum inferius in calcetabulæ edirecto. H. literæ pro horis gradus, & minuta, uel minuta, & secunda, atque inferius pro minutis horarum minuta, & secunda, siue (ut in priori tabulæ parte) secunda, & tertia ex planetarum motibus apparent. Quoties enim ex numero horarum gradus primum, & minuta exhibueris, toties etiam per minuta horarum in angulo communi ex motu planetarum minuta, & secunda elicies. Vbi uero minuta, & secunda tantum ex horis habueris, tunc per minuta horarum secunda, & tertia ex motu ipso diurno exhibueris.

Insuper quoties horarum, ac minutorum numerus impar citra primam horarum, ac minutorum lineam deficit, tunc motum planetæ in prima eadem tabulæ linea repertum priori gradum, uel minutorum numero (seruata semper eiusdem denominationis serie) adijcito. ex hinc namque cuiuslibet imparis numeri motum edisces.

Uterius ubi præcisus planetarum motus in fronte tabulæ minime ascriptus apparuerit, tunc ex duobus planetæ motibus maiori. s. & minori proportionalem partem planetæ motui, & tabulæ eiusdem accommoda, sic enim proprius planetarum motus pro horis quibusuis, & minutis ex diurno illi cet resultabit. ubi (ut prædiximus ex priori tabulæ motu, ac proportionali parte summam in unum adduxeris.